

go, exantlatus, inscribitur: *Palladium Reformatorum a sua sede destructum* (40), famam consecutum; ipsa enim haec civitas iubet meminisse sui THOMAE HONSTEDTII (41), cuius memoria, ob viri huius praestantiam pereximiis demonstratam documentis, ei non potest non esse gratisima. Vivit ille in libro *de Vita Fidei*. Efficiunt solidae *de Termino Gratiae peremptorio* meditationes; ut ipsius laus ex orbe sacro nunquam exterminetur. Quis vero obscurare conabitur eam, cuius Theologus vere Christianus, CHRISTIANVS KORTHOLTVS (42), perenne Academiarum, Varniacae & Cimbricae, decus, particeps evasit? Esto enim, non
 ex

(40) i. e. *Doctrina de absoluta Dei Gratia, vel Decreto; ex Cap. IX. Ep. ad Rom. per Analysis, Exegesis, LL. CC. & Paraphrasin explicato, Apodixi Logico-Theologica, habita ratione veri scopi Apostolici in hoc Capite & tota Epistola evicti, subruta & eversa. Vbi simul variae arduae doctrinae enodantur, & non pauca difficiliora SS. loca explicantur.* Lips. 1706. 4. Alph. I. pl. 6. Recensetur in Act. Erud. 1707. p. 74 sqq. Conf. Relatt. Innoc. 1706. p. 727 sq.

(41) Memoriam eius a beato antecessore meo, ENOCH. SVANTENIO, scriptam inseruit PIPPINGIVS Triad. Decad. p. 1519 sqq, ubi inter alia p. 1522 isthaec leguntur: *Labeatur annus MDCLXVIII, cum per liberali Patronorum, Consulium Magnificorum, D. GLOXINII & D. SCHABELII, munificentia eos compos factus sponte oblatis subsidii literarii Schabbeliani, Gissam contenderet.* Comp. Athen. Lubee. p. 339 sqq.

(42) Monumentum, quo dignissimus erat, ei erexerunt Rostochienses per viros eruditissimos, qui scribunt *Etwas von Rostockschen gelehrten Sachen.* Vid. Hebd. XXVI. p. 411 sq. XXXIV. p. 529 - 544; Kilonienses per IOACH. LINDEMANNVM, cuius Memoria Kortholtina extat in PIPPINGII Sac. Decad. Septenar. p. 571 sqq. In hac p. 580 de KORTHOLTO scribit LINDEMANNVS: *Nactus noster virtutis suae Patronum, DAVIDEM GLOXINIVM, Ictum famigeratissimum, Ephorum Schabbeliani Stipendii gravissimum, liberalius post haec studiis suis succurrere, & aliorum quoque volare potuit.* Accuratum Scriptorum ipsius syllabum dedit filius, SEBAST. KORTHOLTVS, Academiae Cimbricae ornamentum, ad calcem paternarum *Disquisitionum Anti-Baronianarum.* Lips. & Hamb. 1708. 4. pag. 452 sqq. D. HERMANNVS SCHVCKMANNVS in Epist. ad D. MEN. HANNEKE-